



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Simeon Cognomento Priscvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

ret. Fertur prius gallinas triginta vno die
absumsisse. Postea viri sancti precibus ad
eam temperantiam redacta est, vt neque
dimidiam amplius esse posset. Numinis
ergo sincerus constansque cultor, natus
amplius annos septuaginta ad Dominum
è vitâ discessit.

ANNOTATIO.

PRædicat hunc S. I. Damascenus lib. de imago-
num calumniatoribus. Theodoretus hist SS.
patrum C. XIII. fusè eiusdem vittam describit.
De quibusdam voracibus diabolishominem sima-
lantibus vide N. Serarium ad Tob. c. 6. p. 101.

S. SIMEON COGNOMENTO PRISCVS. 26. Ian.

HIC à puero vitam in solitudine reli-
giosam sectatus in angusto admodum
antri latibulo degebat, nulloque cibo ho-
minum cura factò vescebatur, sed sponte
nascentibus herbis edulibus pascebatur.
Incessit in eum cupido montis petendi, in
quo Moyses laruerat, quem ingressus, pro-
nus septem totos dies absque vllò alimen-
to in votis & lacrymis traduxit, nec prius
surrexit, quam cœlesti voce iuberetur sur-
gere, propositaq; tria poma sumere. Cum
ergo

ergo

ergo surgeret, nam cernuus iacuerat, tria mala reperta magno animi gaudio degustauit. Regressus ex monte, duo cœnobia condidit, vitæque laboriosæ modum ipso sine viuendi fecit.

ANNOTATIO.

PRædicat hunc Theodoretus lib. 4. Eccles. hist. & cap. 6. SS. patrum historia vitam copiosius describit.

28. Ianua.

Græc.

1. Feb. Lat.

S. EPHRAEM SYRVS.

* Vide notas.

HIC in oriente natus, gente Syrus * Theodosio M. imperante floruit, qui pietate Christiana à maioribus hausta, in ipsa prope pueritia religiosum vitæ monasticæ genus, est complexus. libros cœlesti gratiæ fonte inundatus, plurimos saluari pœnitentiæ luctu plenos edidit, multisq; sectandæ virtutis auctor extitit, et vnicum religiosæ vitæ exemplum posteris reliquit. Celebratur dies ipsi festus in æde S. Aquilinæ in loco quem Philoxenum, haud procul à foro situm, nominant.

ANNOTATIONES.

* Sozomenus histor. Ecces. l. 3. c. 15.

VT omnes scriptores S. Ephræm Syrum affirmant, ita non omnes in assignanda patria conueniunt, sed * Nisibitam alij, alij Edessenum fuisse